BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia

FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

*Syllabus syllabarum primarum positione et diphthongo &c. carentium quantitates demonstrans: in usum et gratiam Tyronum poeseos*, Trento, Giovanni Alberti e Santo Zanetti, 1628.

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, TT I k 75

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/125

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia

FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

T.T. 3. L. 49.

A
.E

K 234465
D 234443
5tcg
TT I k 75

TRENTO
BIBLI
UNALE

TT
Joann
Bonav
Major
17
172

234465
234443

TT

Ioannes Paulus
Bonaventura Civrletti
Major Syntaxista
1719
[illegible]

atque etiam
1720

SY

RV

PO

ꝑN

T

*Typis*

SVP

Ar

3

# SYLLABVS SYLLABARVM PRIMARVM

POSITIONE ET DIPHT-
hongo &c. carentium
quantitates demō-
ſtrans:

*IN VSVM ET GRATIAM*
*Tyronum Poeſcos.*

*TRIDENTI.*

*Typis Io. Alberti, & Santi Za-*
*netti, Sociorum.*

SVPERIORVM PERMISSV.
Anno M. DC. XXVIII.

LI

H

E

# LIBELLVS AD TYRONEM.

REctius & citius
ſi vis abſoluere
verſum.
Tyro Poetarum
me lege tutus eris.
Hanc vocū ſyluam ceu quoddam amplectere aſylum.
Et vena ſcribes proſperiore
melos.

*Pendet ab exemplis quæuis*
*hæc dictio vatum.*
*Vtere ſecurus: candidus au-*
*thor ero.*

*Ad Lectorem.*

# DE AVTHORITATE SEV EXEMPLO POETARUM.

*VT Cognoſcatur quantitas ſyllabarum authoritate ſiue exemplo habendus eſt delectus & exemplum optimorum Poetarum, vt Virgilij, Horatij, Oui-*

*uidij, Martialis & ſimilium, quod cum lectione, tum exercitatione cõparabitur. Vt autẽ Tyrones ſtatĩ ĩ prõptu habeãt ſyllabarũ initialẽ quãtitatem quę neq́; Diphthõgo, neq. Poſitione, neq. regula aliqua cognoſci poſſũt: ſubijciũtur hic ordine alphabetico verba & nomina sĩplicia, Latina & apellatiua. Nixus igitur certa Pœtarũ authoritate de quãtitate primarũ ſyllabarũ, in ſequẽtibꝰ vocibꝰ ſic habeto. Lege & fruere.*

# INCIPIENTIA.

## Ab A.

ABacus, abies, aboleo, abũdo, abyſſus, primam corripiunt cum omnibꝰ quæ inde deſcendunt.

Ac producitur. Acerbus, aceruus, aceſco acetum, primam corripiunt.

Acer, adiectiuum producit primam cum deriuatis: Subſtantiuum pro arbore corripitur cum deriuato aceruus. Acinaces primam & tertiam corripit, ſecundam producit. Acies, acinus, acus, acuo, aculeus; acutus, aconitum, primam cor-

corripiunt cum deriuatis.

Adamas, adeo, adeps, adimo, adipiſcor, adoleo, adoleſco, adultus, ador, adulor, adulter, adytum, primam corripiunt omnia, & ſecundam etiam, niſi ſit poſitione longa præter adulor, quod penultimam ꝓducit, & obliqui ab ador penultimam habent communem.

Aedon, id eſt, luſcinia primam corripit: Aer eandem producit cũ deriuato aereus.

Afer, id eſt, aliquis ex Africa primam producit.

Agaſo, age, agilis, ager, ago, agon, primam coripiunt, cum omnibus deriuatis.

Ah producitur, Ahenum primã corripit vocali ante vocalem, cum deriuato aheneus.

Ala, alea, ales, primam producunt. Alabaſtrum, alacer, alapa, alauda, alienus, alius, & omnia alia compoſita, vt aliquis; aliquando, aloe, alumen, alumnus, aluta, cum deriuatis omnib⁹, primam corripiunt.

Amens, amentum, & amuletum, primam producunt. Amaracus, amarus, amicio, amictus, amicus, amo, amor, amita, amœnus, amuſſis; amygdalus, & omnia horum deriuata, primam corripiunt.

An corripitur, Anas cum deriuatis & anellus diminutiuū ab anulo primam corripiunt. Similiter anhelus, anhelitus, anhelo, cum deriuatis, animus anima, animal, & inde deſcendentia aut compoſita, vt animaduerto, item anus, ani-

lis, & omnia inde deriuata, prima breui. Sed anus pro podice primam producit, vt: Improba cantat anus, ſed vẽtrem deijcit anus, Anulus primam producit, & ab aliquibus per geminum ſcribitur.

Aper, aperio, apertus, apis, apex, apologus, apoſtata, apoſtolus, Aprilis, primam corripiunt cum deriuatis, Aperio & apologus etiam ſecundam corripiunt.

Aqua, aquor, aquoſus, & omnia deriuata, primam corripiunt. Sic aqualiculus, cuius ſecunda producitur, tertia rurſus corripitur. Item aquila primam corripit, cum deriuato aquilinus.

Ara primam producit : aranea eandem corripit : ſecunda producta, cum deriuatis: Ardelio ſecun-

dam corripit, Area, primam pro-
ducit; Arena, arenoſus, aratrum,
aratio, aro, & omnia inde deducta
primam corripiunt. *A*reo areſco,
aridus cum deriuatis primam pro-
ducunt. *A*ries, ariſta, aroma, arũ-
do, aruſpex, aruſpicium, primam
corripiunt cum deriuatis,

*A*ſinus, aſilus, & aſylum, pri-
mam corripiũt, cum omnibus de-
riuatis.

*A*tauus, prima breui. *A*ter &
atrium cum deriuatis primam pro
ducunt. Sed atrox primam habet
indifferentem cum deriuatis.

*A*uarus, auaritia, aue ſalutan-
di aueo id eſt cupio, auellana, aue-
na, auitus, auiditas, auis, auus, a-
uia, auunculus, auitus, cum om-
nibus ſuis deriuatis, primam cor-

ripi-

ripient. Sed auius compoſitum ex à præpoſitione, primam producit.

## INCIPIENTIA.
### à B.

Baculus & bacillum, prima breui, quam tamen compoſitum eius imbecillis, producit. Balo prima longa. Barathrum & barathro, prima breui, altera communi. Baro, Baſiliſcus, & baſis primam corripiunt, Baſium, & baſiare cum deriuatis primam habent longam.

Belua prima longa cum deriuatis. Quidam per ll geminum, quidam per æ dipthongum ſcribunt, bene cum compoſitis, & benignus, cum deriuatis, primam corripit. Beryllus & beta primam producit.

Biblia prima longa cum deriua-tis & compoſitis. Cum bi compoſi-ta omnia, præter biduum. primam corripiunt. Sic etiam bibo, bibu-lus, cum omnibus deriuatis, prima breui. Bibis, bimus, & bini, cum deriuatis, prima longa, Biſon & bitumen cum deriuatis primã cor-ripit.

Blatero prima breui.

Boletus, bobus, & bolus, prima longa: Bonus, bonitas, Boreas, Bo-reus, boues, bouis, &c. prima bre-ui.

Brachium cum deriuatis primã producit. Breuis, breuitas, cum deriuatis primam corripiunt Bru-chus, bruma, & brutis, cum deri-uatis, prima longa.

Bubile, Bubalus, bubulus, bucu-

la. bucolicus, cum deriuatis, item bubo, bufo, buris, prima longa, Bubulcus, prima breui, apud Martialem.

## INCIPIENTIA.
### à C.

Caballus, cachinnus, omnia cū Cacos Compoſita, vt cacodæmon, cacumen, cadauer, cado caducus, caduceum, cadus, primam corripiunt, cum omnibus deriuatis, preter caſus & caſurus, quæ primam producunt, quia à ſupino deſcendunt. Similiter primam corripiūt calamus, calamitas, calamiſtratus, calathus, caliga, & calendæ, cum deriuatis. Caligo cum deriuatis & calones, id eſt ſerui militum, primam producunt. Rurſus primam cor-

corripiunt: calix, calor, calidus, caliditas, caleo, & omnia inde deriuata & compoſita: Item calumnia, cum omnibus deriuatis, camelus, camera, caminus, Camœna, camurus, id eſt curuus canalis canis, canicula, cano, canorus canon, id eſt, regula cum omnibus deriuatis & compoſitis, prima breui. Sed primam producit caneo, & canus, cũ omnibus indederiuatis, vt canicies. Primam porro corripiunt etiam hæc: caper, capra, capella, cum omnibus deriuatis, capillus, capio, capeſco, capax, capiſtrum, capulus, caput cum omnibus deriuatis. Rurſus careo, carina, carius, id eſt, putredo ex vetuſtate, cum ſuis deriuatis primã corripiunt. Sed primam producũt

carectum, & carex. Caro primam corripit cum diminutiuo caruncula. Sed carus, id eſt gratus, & caritas, cum omnibus inde formatis primam producunt: Similiter caſeus. Sed caſa, caſia, item cum Cata præpoſitione compoſita, vt catecheſis, cathedra, catena, caterua, catinus, catulus, catus, caueo, cauillor, cauor, cauerna, cauus, & cauea, cum omnibus deriuatis, primam corripiunt.

Cedrus cum omnibus deriuatis primam habent cómunem, Cedo, cum omnibus inde formatis primã producit: ac cedo, pro dic aut porrige, vtramque corripit, Corripiũt etiam initium hæc, celebris, celebritas, celebro, celero, celox, nauigij genus, & omnia ab his deriuata.

uata, aut compoſita. Centurio ante pẽultima breui. Cera & cercus, cum omnibus inde deriuatis primam producunt. Contra corripiuntur: ceraſus, ceraſum, cerebrũ, Ceres cum omnibꝰ deriuatis præter ceritum, quod primam & ſecũdam producit: Similiter ceroma, & ĩde factum, ceromaticus, ceruſſa, ceruſſatus, cete, id eſt balenæ, & inde deriuatum cetarius, primã producunt.

Charus, vel ſine aſpiratione carus, vt ſupra, primam producit cũ omnibꝰ inde formatis. Sed Charites, id eſt, Deæ, prima correpta: item character & chelis, id eſt teſtudo. Græca ex ſua ſcriptura nota ſunt, vt: chirographum, chirotheca, chirurgus, prima longa: cla-

mys chorus, chorea, choragus, & chronica, prima breui. Compoſita cum chriſos prima longa.

Cibus, cibare, cicada, cicatrix, cicer, ciconia, cicur, cicuro, cicuta, cieo, citum, cito, verbum & citò, aduerbium, citius, citiſſimè, cum omnibus alijs inde formatis primam corripiunt, Cimex primã producit. Cinis, cinædus, cithara, cum ſuis deriuatis, & compoſitis, primam corripiunt. Sed producũt primam ciuis, & ciuitas, & ab his formata.

Clades, clamo, clamor, clareo, clareſco, claritas, clarus, claua, clauis, clauus, clemens, & clementia, cum omnib' deriuatis, primã producunt. Sed clitellæ, prima breui. Rurſus prima longa, cliuus, & clu-

nis,

nis, cum deriuatis, clypeus prima breui.

Cochlea, cochleare, & cocus, prima breui. Codex & inde deducta codicilli, cogo, cogito, cogitatio, & reliqua deriuata, prima longa. Colaphus prima breui. Colo, primæ coniugationis, & colum inſtrumentum, per quod colamus, primam habet longam. Sed colo tertiæ coniugationis eandem habet breuem, cum omnib⁹ inde formatis, vt colonus. Colocaſia prima & ſecunda breui, tertia longa. Primã porro corripiunt: color & inde deſcēdentia, coloſtrum, coloſſus coluber, columba, columen, columna, colus, id eſt, penſum coma, comatus, cometa, cum omnibus ſuis deriuatis Comedo, tam verbum

quam nomen primam & ſecūdam corripit. Comeſſor autē & comeſſario primam producit, quia venit à Comazo: Similiter comœdia, comicus, comitia, prima longa. De vltimo tum diſſentiunt, Deſpauterius & Micylius. Comitor, comitatus, comes prima breui, ſed cōmis adiectiuum cum deriuatis comitas & comiter prima longa. Coma, is, ere, id eſt, crines pecto & orno prima longa: at como, as, are, prima breui. Conor, conatus, conamen, & conus prima producta. Contumelia. ſecunda breui, tertia longa. Cophinus, prima & & ſecunda breui. Copia, copioſus copula copulo, copulatus, prima longa. Coquo cum omnibus deriuatis prima breui. Coram prima lon-

longa. Corium cum deriuatis, prima breui. Similiter corona, corono, cum deriuatis, id eſt, ſummitas, & apex alicuius rei; coruſco, corylus, corymbus id eſt, vua hederæ, prima breui. Corus, ventinomē, & coritus arcuum vel ſagittarum repoſitorium, prima longa. Cos cotis, prima longa, Coturnix prima communi, Coturnus prima breui.

Crabro, crapula, crater, crates craticula, primam habēt longam. Item creber, crebeſco, cum deriuatis, credo, creditor, credulus credibilis, prima longa. Cremo, id eſt, comburo, prima breui Similiter crepida, crepido, crepitaculum, crepitus, crepuſculum, crepo, cum reliquis deriuatis, prima bre-

ui. Creta, prima longa.

Item cribrum, cribro, crimen, criminor, crinis, cum deriuatis prima producta. Crocus prima correpta. Similiter, crucio, cruciatus & obliquià crux primã corripiunt. Crudus, cruditas, crudeſco, crudelis, crudelitas, cum alijs deriuatis, prima longa. Crumena prima breui. Crus, cruris, prima longa.

Cubile; cubitus, cubitalis, cubo, & omnia inde deducta, cucullus veſtis genus, cuculus auis, cucumis, & cucurbita, priprimam corripiunt. Cudo, & culeus prima longa. Sed culex, culina; cum deriuatis, cubulus id eſt, calix fictilis, cuminum, cumulus, cumulo, cum deriuatis, prima breui.

ui. Cunæ, cunabula prima longa. cuneus & cuniculus animal, prima breui, cum deriuatis. Cupa vas vinarium, prima longa. Cupido, cupiditas, cupidus, cupio, & omnia inde facta, primam corripiunt. Cypreſſus cum deriuatis prima communi. Cura, curia, curioſus, curioſitas, cura, curatio, & omnia inde deducta, primam producunt. Curulis prima breui, ſimpliciter, licet eius primitiuum per geminum ſcribatur. Cutis prima breui.

Cyclops primam habet indifferentem. Cylindrus & cynedus, primam corripiunt. Cynoſura, cypariſſus, & cythiſus, primam & ſecũdam habent breuem.

## INCIPIENTIA.
### à D.

Dama, id eſt, capra ſilueſtris, prima longa. Dapes cum alijs obliquis, deriuatis & compoſitis, vt dapifer, primam corripiunt. Dare à ſuum corripit in omnibus perſonis, & incompoſitis, & inderiuatis.

Debeo, debitor, debitum, debilis, debilitas, debilito, cum deriuatis primam producunt. Decas, decem, decimus, & cum his compoſita & deriuata, primam corripiunt: Item decet, decor, decus, decorus, decoro, cum omnib⁹ deriuatis, prima breui. Dedecus, & dedo ſunt compoſita, producunt igitur primã ratione præpoſitionis:

nis: Sic omnia deriuata Defendo, dego, deleo, delitiæ, delicatus, cũ deriuatis, pri. ꝓducũt, Delubrum, demens, demo, demum, deni, æ, a, denarius: denique denuo, delero, deſes, deſidia, deſidioſus, cũ deriuatis, prima lõga, Defino, deterior, deterrimus, prima longa. Deſiderio, deſiderium, deſiderabilis, prima & ſecunda longa.

Diabolus, diaconus, diadema, & omnia compoſita cum præpoſitione Græca Dià, primas duas corripiũt. Dica, dicax, dicacitas, dico, as, are, primę coniugationis, primam corripiunt: At dico, is, ere, tertiæ coniugationis, primam habet longam. Didymus & digitus,

pri-

primis duabus breuib⁹ cū deriua-tis. Diligo, diligens, diligentia, di-luculum, diluuium dimidius, Di-ræ, id eſt, Furiæ, & adiectiuum di-rus. prima longa. Dirimo & diſer-tus primam corripiunt, cum deri-uatis, contra naturam præpoſitio-nis. Dis, ditis, ditior, ditiſſimus, dito, diteſco primam producunt. Ditionis, prima breui. Diues diui-tiæ, diuido, diuiduum, diuiſio, di-uiſum, diuiſor, dius, diuus, diui-nus, diuinitas, diuino, as, diuina-tio, diuinitus, primam producunt. Diuturnus primas duas corripit.

Doceo, docilis, documentum primam & ſecūdam corripiūt Do-drans, prima longa. Dolabra, do-labella, dolo verbum, doleo cum omnibus deriuatis, prima breui.

Do-

Dolium cum deriuatis, prima longa. Dolus, doloſus, domo, domitor, domabilis, domus, domeſticus, dominus, domina, dominor, dominatio, dominium, cum alijs deriuatis, prima breui, Donec, donaria, dono, donum, dos, dotis, dotalis, dotare, cum alijs deriuatis prima longa.

Draco, cum deriuatis, prima breui.

Dubito dubius, dubitabilis, & ducenti cum deriuatis, prima breui Duco prima longa. Sed obliqui à dux, vt duces, ducibus, & inde deducta, vt ducatus, prima breui. Dudum, dumus, dumetum, dumoſus, prima longa. Duplex cum deriuatis & duplico, prima communi. Durabilis, durare, durities du-

rus,

rus, cum alijs deriuatis omnibus primam producant.

## *INCIPIENTIA.*
### *ab E.*

Ebenus vel ebenũ, prima & ſecũda breui, ſcribitur etiam per aſpirationem. Ebrius, ebrietas, cum deriuatis prima longa. Ebur, eboris, eburneus, & alia deriuata, prima breui.

Echidna, Echinus. Echeneis, prima breui, Echo prima longa.

Edax, edacitas, edo, prima breui. Editus, id eſt, natus ſeu altus, primam habet lõgam, ratione prępoſitionis. Ita & editio ab edo, id eſt, ĩ publicum emitto, ab è & do.

Egenus, egeo, egeſtas, cum deriuatis, prima breui.

Eheu, primam producit.

Eleemoſina, tertia lōga reliquis omnibus breuibus. Electrum prima longa. Elegi, Elegia, elementū. Elephas cum omnibus deriuatis prima & ſecunda breui. Elegans, elegantia, elixo, elixus, Elyſium, prima longa.

Emo, emax, emacitas, primam corrripiunt.

En, producitur. Enim prima breui.

Eos; id eſt, aurora, prima longa, ſed Eous prima communi.

Ephebus, ephippium, & omnia cum Epi, compoſita, vt epicedium, Epicurus, eprigramma, epicinium, epiſcopus, epiſtola, epithalamium epithaphium. Item Epops, id eſt, Vpupa, epulæ, epulo, epulor, cum de-

deriuatis omnibus, primam cor-
ripiunt.

Equa, eques, equeſtris, equiſo, equito, cum omnibus deriuatis, & compoſitis, prima breui.

Erebus, eremus, Eremita, Eremicola prima breui. Sed eruca prima longa.

Eſito, eſuries, eſurio, & alia deriuata prima longa.

Etenim, & etiam prima breui Ethica prima longa.

## *INCIPIENTIA.*
### *ab F.*

Faba prima breui, cũ deriuatis. Fabella diminutiuum à fabula, prima longa. Fabor prima longa. *Faber* prima breui, Fabrica, fabrilis, fabricor, cum deriuatis & compo-
ſitis

ſitis prima cōmuni. Fabula, fabulor, fabuloſus, cum alijs deriuatis prima longa. Sequentia prima habēt breuem faceſſo, facetus, facies, facilis, facilitas, facinus, facinoroſus, obliqui à fax, cum omnibus deriuatis aut compoſitis. Longam habent primam, facundus, facuandis, fagus, faginus, fama, famoſus, & ab his formata. Rurſus primam corripiunt hæc: fames famelicus, fameſco, familia, familiaris, familiaritas, familiariter, famula, famulus, famulor, & alia horum deriuata. Fanum & fanaticus, primam producunt cum compoſitis. Farina cum deriuatis primam corripit. Fari verbum cum deriuatis eandē producit, præter affatim quod ſecundam corripit. Hinc fit vt fatum quoq;

quoq; primam producat cum deriuatis & compoſitis, vt fatalis, fatidicus, Primam breuem habent, fateor, fatigo, fatiſco, fatuus, fatuitas, faueo, fauor, Fauonius, fauilla, fauus, & obliqui à fax, cum diminutiuo facula, & omnibus deriuatis.

Februarius prima communi à febris, quod etiam primam habet in differentem. Fecis, & omnes obliqui à fex, & inde deductum fecialis, primam producunt, ideóque ab aliquibus, per diphthongũ ſcribuntur. *Felix* cum deriuatis, prima longa, quod etiam aliqui p diphtongum ſcribũt. *Femina* plurale, & femur. Item feneſtra, fera, feritas, ferinus, ferus, cum, alijs, deriuati prima breui. *Feralia* ſubſtan-

ſtantiuum, prima breui. *Feralis* adiectiuum, prima longa. *Fere* aduerbium, & feretrum prima breui. *Feriæ* & feriatus, à feriari, prima longa. *Feriæ* & feriatus, à feriari, prima longa. *Ferio*, id eſt, percutio, fero, ferax, feracitas, ferox, ferocitas, ferula, id eſt, virga prima breui.

*Fiam* cum reliquis perſonis, *Fiber*, fibra, fibula, & fibulo, prima longa. *Ficedula* prima longa, ſecunda communi apud Martialem. *Ficus* cum omnibus inde formatis, primam producit. *Fidelia* primam habet breuem, alteram longam. *Fides*, fidelis, fidelitas, primam corripiunt cum deriuatis: ſed *Fido*, fiducia, fidus, fidenter, cum deriuatis, primam producunt. *Fides*,

id eſt, chorda, cũ deriuatis & compoſitis primam corripit. Fiebam cum cæteris perſonis, & fies cum reliquis perſonis, primã ꝓducunt: Sed fieri & fierem cũ reliquis perſonis eandem corripit. Figo prima longa. Figulus & figura prima breui Filius filia, cum deriuatis, primam producunt. Filix, prima breui. Filum prima longa. Fimus prima breui. Finis, finitio, finitimus, cum ſuis deriuatis, primam producunt. Fio & fiunt, prima longa, cũ compoſitis.

Flabrum prima longa. Flabellũ prima breui ponitur ab Ouidio, 3. de arte, & 3. Eleg. 2. eandem longa vtitur Propertius lib. 2. Eleg. 24. Flagello, flagellum, prima breui

ui. Flagro flagrans flagrum cum reliquis deriuatis prima communi Flamen, flatus, flaueſco, flauus, flabilis, fletus, floreo, floreſco, floreus, floridus, & obliqui à flos, flumen, fluminis cum deriuatis, prima longa. Fluuius, fluuialis, & alia deriuata, prima breui.

Focus, fodico, fodina, fodio, cum deriuatis, prima breui. Fomes & fomentum prima longa. Foramen, foras, fores fori, foris, foro, forum, forenſis, fouea, foueo, prima breui cum omnibus deriuatis.

Fragilis, fragilitas, fragor, oris, fragoſus, cum alijs deriuatis, prima breui. Fragum & fragans prima longa. Framea prima breui. Frater, fraterculus, fraternus, fra-

ternitas, fratria, fatricida, & reliqua horum deriuata, prima longa. Fremitus, fremo, fremebundus: prima breui. Frenum & freno, prima longa, inde quidam cum diphthongo ſcribunt. Frequens, ſrequentia, frequenter, frequento, & fretum, i, mare, prima breui. Fretus participium, prima longa. Frico, fricatio, prima breui. frigeo, frigeſco, frigidus, frigus, cum deriuatis, prima longa. Fritillus, id eſt, alea prima breui. *F*riuolus, frugali, frugalitas, frugalitas, fruges, frugi, frumentum, frumentor, cum deriuatis primam producunt, Frutetum, frutex, fruticetum & inde deriuata pri. corripiunt.

Fucus, fucatus, fuco, fucoſus, prima longa. *F*uga, fugax, fugaci-

tas, fugio fugitiuus, fugo, cum omnibus deriuatis, primam corripiunt. *Fulica*, auis nomen, prima breui. *Fuligo*, fumus, fumarium, fumeus, fumidus, fumigo, fumo, funale, funambulus, funebris, funereus, funero, funeſtus, funeſto, funis, funus, obliqui à fur, & verbũ furor, aris furax, furacitas, cum deriuatis, prima longa, Sed primam corripiunt, furiæ, furialis, furiatus, furenter, furibundus, furio, as, furioſus, furo, is, furor, oris, & omnia ab his deducta, Primã producunt. fusè, fuſilis, fuſio, fuſor, cum deriuatis. Item fuſus, quo, filum ducitur. Similiter futilis, futilitas, & futio, prima longa, futurus prima breui.

## INCIPIENTIA.
### à G.

Galea, galeatus, galerus, galerita garum, id eſt, liquamen ex inteſtinis piſcium, prima breui. Gelaſinus, dens anterior, habet primas duas breues, penultimam lõgam. Gelidus, gelo, gelu, gemebundus, gemelli, geminatio, gemino, geminus, gemitus, gemo, gena, gener, geneſis, genero, generatio, generalis, genitor, genitrix, genitura, genitas, genitiuus, genitus, genitalis, genius, genialis, genu, genus, generoſus, generoſitas, genuinus, geniſta, gero gerulus, gerundium, prima breui, cum omnibus deriuatis.

Gigas, giganteus, prima breui.

Gla-

Glaber, glacies, glacialis, gladiator, gladiatura, prima breui. Glarea, gleba, gleboſus, & glires, prima longa. Primam corripiunt. globus, globulus, globo, globoſus, glomus, glomero, glomeratio, cum alijs deriuatis. Primam producũt, gloria, gloriabundus, gloriatio, glorioſa, glorior, glorioſus, Glubo, gluma, gluten, glutinator, glutinum, & glutino, & glutio cum deriuatis.

Gnarus, gnatus, id eſt, filius, gnauus, gnauiter, gnomæ, & gnomon prima longa.

Gobius, piſcis nomen, prima longa.

Grabatus: id eſt, lectus, prima breui. Primam item corripiũt. hęc. Gracilis, gracilitas, gracilentus.

At Graculus, prima longa. Primã breuem habent. Gradior, gradatio gradus, & omnia ab his formata & compoſita, præter Gradiuus, pro Marte, quod primam producit & & corripit Gramẽ gramineus, gra minoſus, granarium, granatum, granatus, granoſus, granum & omnia hinc formata prima longa.

Graphiarum, Id eſt, calamariũ, apud Martial. prima breui. Producunt initialẽ. Grates gratia, gratificor, gratificatio, gratioſus, gratis, grator, gratuitus gratulor, gratulario, & oĩa ab his forma. Corripiunt prima grauedo, grauis, grauitas, grauatim, grauatus, grauo, & grauor, aris, graueſco grauidus & alia ab his deriuata, Similiter gregis, gregalis, gregatim, gregarius,

rius, gremium, prima breui. Gruma & Gryphes, cum deriuatis prima longa.

Gubernaculum, gubernatio, gubernator, gubernatrix, guberno, gula, guloſus, prima breui.

Gynæceum prima breui. Gyrus & gyro, prima producta.

## INCIPIENTIA.
### ab H.

Habena, habeo, habilis, habitudo, habitus, habitabilis, habitaculum, habitator, habito, cum alijs deriuatis, prima breui. Halec, halitus; halo, hamatilis, hamatus, hamo, as, cum deriuatis, prima lõga, Hara & haruſpex, cum deriuatis, prima breui.

Hebenus, hebeo, hebes, hebe-

ſco,hebeto,hebetudo,hedera,Helice, id eſt, Vrſa minor, Hera, Herus id eſt, Domina & Dominus & ab his formatum Herilis, Item aduerbium heri, primam corripiunt. Heros,Herodes,heroine,heroicus primam & ſecundam producunt.

Hibiſcus, hilaris, hilaritas, hilaro,hirudo,& hirundo,prima correpta.

Hodie, hodierno,holocauſtum, homo,homicida,homicidium,honeſtas,honeſtum,honeſtè honeſto, honor,honoro,honorabilis,honorium, honorificus, honorifico,prima breui omnia. Hora & inde deducta, vt horarium horologium, prima longa.

Humanitas, humaniter, humanitus, humanè, humanus, humeo,

hu-

humeſco, humecto, humidus, hu-
mor, prima longa. Sed humerus, humilis, humilitas, humiliter, humilio, humus, humo, & humatio, prima breui, cum deriuatis.

Hibernus, hiberna, hiberno, prima longa. Hymen, hymenæus; hypocauſtum, hypocrita, hypocriſis, & omnia quæ cum Hypo vel Hyper Græcis componuntur primam corripiunt.

## *INCIPIENTIA. ab I.*

Iaceo, iacio, iaculor, iaculatio, iaculabilis, iaculator, iaculum, cũ alijs deriuatis, primam corripiunt Ianua, ianitor, & Ianuarius à Iano, primam habent longam.

Ibi, aduerbium, & ibidem, pri-

ma breui. Ibis prima longa, auis nomen.

Ico, id eſt ferio, & Icon, id eſt, effigies ſeu imago, primam producit Idem maſculinum primam producit, neutrum corripit. Identidé. Ideò, idioma & idiomata. prima breui. Sed idolum primas duas producit, cum compoſitis, idolatria, idolatra. Idoneus prima breui. Idus prima longa.

Iecur, prima breui. Ieiuneum, ieiuno, ieiunus, ieiunitas, prima longa.

Igitur, primam corripit.

Ilia, id eſt, inteſtina, ilex ſpecies quercus, iliceus, ilignus, & iligneus, ilicetum, & ilicet prima longa.

Imago, imaginor, imitor, imitabilis,

tabilis,

nabilis, imitatio, imitator, prima breui, cum alijs deriuatis: Imò aduerbium, & adiectiuum, imus, a, vm, prima longa.

Inanis, inanitas, inaniter, cum deriuatis, prima breui. Secundam & tertiam, corripiunt, incolumis incolumitas, indigena, indigetes, inficias, inficiare, inficiator, ingenium, ingenioſus, ingenuus, ingenuitas, & ingluuies, Inibi, initium, initio verbum, primam & ſecundã corripiunt. Inops, & inopia, prima correpta. Inſidiæ, inſidior, inſimulo, inſimulatio, interior, ſecunda correpta.

Iocatio, iocor, iocoſus, iocularius, iocus, cum alijs deriuatis, Et obliqui, Iouis, Ioui, &c. à Iupiter, prima breui.

Ira, iracundus, iracundia, iraſcor, iratus, Iris, id eſt, arcus cœleſtis, prima longa.

Iſis Dea, prima longa.

Ita vtraq; breui. Item, iter, itero, iteratio, iterum, itidem, itio, ito, as, omnia prima breui,

Iuba, iubatus, iubar, iubeo, primam corripiunt. Iubilo, iubilum, iucundus, iucunditas, primam ꝓducunt. Idem, iudex, iudicatio, iudicatus, iudicio, iudicium, & iugerum, prima longa. Iugulum, iugulo, iugulatio, iugum, iugo, as, iugalis, cum alijs deriuatis, primã corripiunt. Sed iugis adiectiuum, id eſt, perennis, iumentum. Item iunior, iuniperus, Iunius, Iulius, iuramentum, iuris, iura, à ius, iuro, cum alijs deriuatis, & iuridicus,

iuri-

iuriſconſultꝰ,iuridicialis, iuriſpru-
dentia,&c.Primam corripiunt,iuuencus, iuuenalia, iuueneſco, iuuenor;iuuentus,iuuenta, iuuo, iuuamé. Sed præteritum iuui, & quę à ſupino fiunt,primam producunt.

## INCIPIENTIA.
### ab L.

Labaſco, labefacio, labefacto, labo,labellum,labium,prima breui, cum deriuatis, Labor verbum, & labes, labecula, prima longa. Sed labor nomen, item laboro, laborioſꝰ, prima breui. Labrum & labruſca, prima communi. Labyrinthus, lacer,laceratio,lacero, lacerna, lacertus. id eſt, humerus, laceſſu cum deriuatis, prima breui. Lacrima, lacrimo, lacrimoſus,

lacrimabilis, cum alijs deriuatis, prima communi. Lacuna, lacunar, lacuno, lacus, lagena, laguncula, prima breui. Lamentor, lamentatio, lamentum, lamentabilis, lamina, lana lanens, laniger, lanugo, prima longa. Lanius, laniena, lanio, laniſta, lapis, lapillus, lapido, lapidoſus, lapidatio, lapideſco, laquearia. laqueatus, laqueus, prima breui: Et lares, id eſt, dij domeſtici, ſeu ipſæ ædes. Item laridum, quod & lardum ſcribitur. Primam item corripiunt hæc: latebra, lateo latito, latenter, latebroſus, latibulum, later, latericius, latus, ſubſtantiuum, lateralis cum deriuatis, omnibus. Excipitur laterna, & laternarius, qui laternam alicui præfert, prima longa. Latex,

laticis,

laticis, id eſt, omnis humor prima, breui. Latrina latro, nomen latrocinium, latrocinor, cum alijs deriuatis, prima communi. Latro, quod canum eſt, cum deriuatis, vt latratus, latrator, prima longa. Latus adiectiuum cum deriuatis, latitudo, latus clauus, Item participium latus à fero, prima longa. Lauacrum, lauatio, lauo, prima breui. Præterium laui prima longa.

Lebes prima breui. Obliqui à lex primam producunt, cum inde deriuatis, vt legalis, legifer, legitimus. At verbum lego tertiæ coniugationis primam corripit, cum deriuatis, vt legio, legumen. Sed lego as, pri. cõiug. cũ deriuatis primam producit, vt legatus, legatio, legator, legatum. Item lena leno,

lenonius, lenocinor, lenis, lenitas, lenio, lenimen, cum alijs deriuatis, prima longa. Lepidus, lepor vel lepos, lepus, leporinus, cum alijs deriuatis, prima breui. Lepra & leproſus prima communi, quia in Græco eſt, &c.

Primam producunt, lethalis, lethifer, lethum, lethatus, id eſt, interfectus.

Primam corripiunt, leuamen, leuamentum, leuatio, leuo, as, leuis leuitas, leuiter, leuiculus. Sed leuis id eſt non aſper, primam producit cum deriuatis, vt leuor, oris, leuigo, &c.

Libamen, libamentum, libatio, libo, libum, libella à libra, prima longa. Liber pro volumine & pro cortice, prima breui, cum diminu-

tiuo libellus. Obliqui à liber ſub-
ſtantiuum primam habent cõmũ-
nem propter, mutam & liquidam
ſimiliter librarius. Liber adiectiũ,
& pro Baccho, primam producit
& inde deducta, libertas, liberalis
liberalitas, libertus, libertinus, li-
bero, liberator, liberatio. Similiter
liberi, id eſt, filij, prima longa. Li-
bet imperſonale primam corripit
cum deriuatis, libens, libenter, li-
bido, libidinoſus. Libo, as, prima
longa, cum deriuat: vt ſuprà. Li-
bra id eſt pondo ſeu mina, primã
producit, cum deriuatis, vt libralis
libro, as, libratur, libramentum.
Liceo, liceor, licitor, licitatio, li-
citator, licentia, licenter, licet, cum
alijs deriuatis, prima breui. Lichẽ,
id eſt, mendagra, prima longa. Li-

cia, orum prima longa, & inde deductum litiatorij. Primam corripiunt, ligamen ligo as, verbum ligo, onis, nomen, Liguſtrum, ligurio, liguritio, liguritor, Primam producunt hæc: Lilium, lima, limatus, limax limen, limes, limatio, limito, limo, as, limus, id eſt, lutũ, limoſus, limus id eſt, obliquus, linea: lineo as, linamenta, &c. cum alijs ſuis deriuatis. Lineo; vel lino prima breui, cum deriuatis. *Lineus*, liniger, linum, prima longa. *Liquamen*, liquefacio, liquefio, liqueo, liqueſco, liquido, liquo as, liquor eris, prima longa, & inde liquidus etiam prima longa. Lira id eſt, ſulcus, & obliqui a lis, cum deductis, vt litigo. litigiũ, litigioſus, litigator. prima longa. *Litum*

ſu-

ſupinum à lino, prima breui. cum deriuatis, vt litura. Excipitur tamen ex his litera, & literæ, prima longa, cum deriuatis, literatus, literarius, literatura. Primam corripiunt, lito, litatio, lituus, id eſt, buccina. Producunt initium hæc: liueo, liueſco, liuidus, liuor, Locatio, locator, locito, loco, as, loculus, locuples, locupleto, locus, locutio, primam corripiunt cum deriuatis. *Locuſta*, prima longa. *Lodix*, loligo. Iomentum, id eſt farina fabacea, prima longa. Primam corripiunt, lolium, loquacitas, loquor cum omnib. inde deductis, Primã producunt, lorarius, lorica, loripes, lorum, lociumlotus participium, & nomen generis fæminini arbuſculæ ſpecies, *Lubens*, lubenter,

lubet, prima breui. vt in libet. *Lu*-bricus, luceo, luceſco, lucidus, lu-cifer, lucubro, lucubratio, luculen tus. *Lucina*, & omnes, obliqui à lux, cum deriuatis, producuut pri-mam. Excipitur, lucerna cum de-riuatis, vt: lucernula. lucernarius, id eſt, qui lucernam, fert, & lucel-lum, prima breui. *Lucrum*, lucror, lucroſus, lucrifacio, prima com-muni. *Lucus*, id eſt, nemus, ludibũ-dus, ludimagiſter, ludificor, ludi-ficatio, ludibrium, ludicrum, lu-do, ludus, lugeo, lugubris: lumen, luminare, luminoſus, luna, lunula, luno, as, lunaris, lunaticus, cum alijs deriuatis prima longa. *Lupus* lupinus, lupa, lupanar, lupatum, prima breui. cum deriuatis. *Lyri*-dus luror, luſus, luſor, luſorius, &

alia deriuata, à ludo, lutea, ſeulu-
tum, herba, & luteus, luteolus, a-
diectiuum, id eſt, flauus, primam
producunt. Sed lutum id eſt, cœ-
num & inde deriuata, vt luteus, lu-
toſus, lutulentus, luto, as, prima
breui.

*Lyra* cum deductis, lyricus, lyri-
cen, prima correpta.

## INCIPIENTIA ab M.

Macellum macer, macilentus,
macies, prima breui. Macro, ma-
creſcro, prima communi. Machæ-
ra, id eſt gladius, prima breui. Ma-
china, machinatio, machinator,
Machinor, cum alijs deriuatis, pri-
ma lõga, Macula, maculo, maculo-
ſus, madeo, madeſco, madefacio,

madifico, madidus magia magica, magicus, magus, magis, aduerbiũ Magiſter, magiſterium magiſtrat⁹, prima breui, cum alijs deriuatis. Mala, id eſt, pars faciei, item poma pri. lóga. Sed mala adiectiuum à malus, item malè, & cum hoc cõpoſita, maledicentiæ, maledictio, maledictum. maledicus, malefactũ maleficus, maleficium, maleficentia, maleuolentia, maleuolus, malignus, malitia, malitioſus: cum alijs deriuatis, primam corripiunt. Malo verbum cum omnibus, perſonis, & malum, id eſt, pomum, & malus ſeu pomus, vel arbor nauis, primam producunt. Mamilla prima breui, quamuis mamma per geminum ſcribatur. Manè & matutinus, Prima longa. Maneo, prima breui.

breui. Manes, id eſt, vmbræ, prima lōga. Manica; manicatus, manifeſtus, manifeſto, manipulus, manipularis, manipulatim, prima & ſecunda correpta. Mano, as, prima lōga, cū deriuatis & cōpoſitis, Manus, manualis, manuarius manubriū, manubiæ, manubialis, manuleatus, mare, marinus, maritimus, maritus, maritalis, marito, as, & obliqui à mas, matella, matellio, prima breui. Mater, maternus, matertera, matrona, matronalis, matrimonium, matrimonialis, matrimus, Matruelis, matrix, & materia, cum deriuatis, prima longa; Matula, prima breui. Maturus, maturitas, mature, matureſco, maturo, as maturatus, matutinus, primam habent longam.

Me-

Mechanicus, prima longa. Item mecum, quia ex ablatiuo me componitur. Medeor, medeia, mediaſtinus, id eſt, mancipium, medicor, medicamen, medicamentum, medicina, medicinalis, medicabilis, medicamentarius, medicus, medietas, mediocris, mediocritas mediocriter, mediterraneus; meditullium, medius, meditatio, meditabundus, meditatè, meditor, medulla, melior comparatiuus, & melos, ac melius, id eſt, qui canit melos, memini, memor, memorabilis, memoria, memoriter, memoro, meracus, merenda, mereo, mereor, meritò, meritum: meritus meretrix, meretricius, meretricor, meridies, meridianus, meridior, meridiatio, merula, merus,

me-

merum omnia prima breui. Sed meta prima longa. Metallum, metallicus, metallifer meteora metho dus, & omnia cum Meta compoſita, meticuloſus, meto is prima, breui: Sed metior, iris metor, aris, metatio, metor, metatus, primam producuut. Metrum, metricus, metreta, Iuue. ſat. 3 pri. cõmuni. Metropolis. prima longa. Metuo, metus, & alia inde formata, prima, breui.

Mica, prima longa. Mico, as, prima breui. Migro, migratio. prima communi. Plaut. in Moſtellaria, act. 2. ſcen. 2. Sceleſtas auri caſa, nunc tu hinc emigra. *Et* Lucret. lib 2. Inq; locum quando remigrant, ſit blanda voluptas. Miles, militia, militaris, milito, & alia hinc venientia

entia primam producunt. Milium genus frumenti ſeu leguminis, breuem habet primam Mimus, mimicus mimographus, prima longa. Mina, quæ & mna, prima breui. *Itē* minæ, minaciæ, minatio, minax, minaciter, minitor, minor, verbum & minor nomen, minimè, minimus, miniſter miniſtrator, minium pigmenti genus, miniacius, miniarius, miniatus, minuo, minutus, minutim, minutiæ, minutatim, omnia prima breui. Sed mirabundus, mirabilis, mirabiliter, miraculum, mirandus, miratio, mirè mirifico, mirificus, mirificè mirus, & omnia inde formata, primam producunt. Rurſus, primam corripiunt, miſellus, miſer, miſerabilis, miſeratio, miſerè,

mi-

miſereo, miſereſco, miſeret, miſeria, miſereſco miſericordia, miſereor, & alia ab his nata. Mitella primam corripit, quamuis primitiuum, eandem habet perpetuo longam. Mireſco, mitigo, mitigatio, mitis, primam producunt. Mitra prima longa.

Mobilis, mobilitas, mobiliter, mobilito, prima longa contra naturam primitiui. Corripiunt primam hæc: Moderatus, moderatè, moderatio moderator, modeſtè, modeſtia modeſtus, modicè, modius, modicum, modificor, modius modialis, modiolus modò, aduerbium, modulamen, modulatio, modulatus, modulor, modulus, modo, mola, molaris, molitor, molitura, molita, molo,

&

& omnia hinc formata. Sed moles primam pròducit. Rurſus tamen corripiunt primam moleſtè, moleſtia, moleſtus. Primam producunt hæc: molior, molitor, molitꝰ momentum momentaneus, momꝰ Corripiunt primam hæc: monachus, monarcha, monaſterium, monedula, moneo, moneta, monetalis, monetarius, monile, monimētum, monitio, monitor, monitoris monitum, monitꝰ, monumentum, cum Monos, compoſita, mora & moror, cum deriuatis. Obliqui à mos, primam producunt cum deriuatis. moralis, moratus, morigeratio. Morio & morꝰ, id eſt ſtultꝰ, prima longa. Morior, & moribūdus prima breui. Moroſus, & moroſitas, morꝰ arbor, & morum fru-

ꝗ, motio, mot⁹, & quæ à ſupino motum, veniunt, primam producunt, Sed moueo, & quæ à præſenti formantur, primam corripiunt, præter mobilis, mobilitas, prima longa, vt ſupra dictum eſt.

Mucor, mucidus, muceo; muceſco, mucro, mucronatus, mucus, mucoſus, mugil, mugio, mugitus, prima longa. Mulier, muliercula, muliebris, mulieroſus, & alia ab his deducta, prima breui. Mula mul⁹, mulio, munerari⁹ muneralis, munero, munia, municeps, municipium, municipalis, munific⁹ munifico, munificentia, munio, munimen, munitio, munus, munuſculum, murena, murex, muricitas & obliqui à mus, cũ deriuato murus, muralis, muratus. Muſa, mu-

fica,

ſica, Muſæum; prima longa, omnia cum deriuatis. Primam corripiunt, mutilo, mutilatus, mutilis. Producunt primã hæc: muto, immutabilis, mutatio, mutabilitas, mutatus, mut⁹, mutire, mutuum mutuò, mutuor, mutuatio, mutuaticus, & alia horum omnium deriuata. Myricæ, prima breui.

## INCIPIENTIA.
### ab N.

Naris, vel nares, natales, natalis, natalicius, natalicia, natio, natiuus, natiuitas, natura, naturalis, naturaliter, natu, natus, naſus, naſutus, natrix, cum deriuatis, prima longa. Sed nates, nato, as, natatus, natator, natatio, natabilis. & alia horum deriuata, prima breui.

ui. Primam cõtra producunt: Nauale, naualis, nauarchus nauicularius, nauiculator, nauicularia, nauicula, nauigium, nauigo, nauigatio, nauigabilis, nauis, nauita, nauo verbum, & nomen nauus, nauitas, nauiter, & omnia horum deriuata.

Nebula, nebulo, nebuloſus, neceſſe, neceſſitas, neceſſarius, neceſſitudo, neceſſarió, neco, necubì, necunde, prima breui. Sed nedum prima longa. Nefandus. nefas, nefaſtus, prima breui. At in nefarius contra analogiam (vt videtur) à Propertio producitur prima & corripitur ſecũda, lib. 4. eleg. 4. quod contra factum eſt à Catullo, epigrammate 41. Primam porro corripiunt, negabundus, negatio,

